



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

tes. Tandem undique solito istius temporis oppugnandi more scalæ admoventur, prædones cœdibus imminuti; dum h̄ic ascendentes deturbant, alibi impares sunt. Superato muro adhuc pugnarunt, ne vivi caperentur. Viginti eorum capti ex arboribus circ̄ arcem suspenduntur, (a) Comes autem cum equite Werterdensi capite plexus, arx ipsa solo æqua-
ta.

IX. Bellum hoc majoris momenti contro-
versia exceptit. *† Salzam urbem (b) jam
VI. ab aliquot sæculis Moguntina Sedes nobis-
Controver- libus ejusdem nominis in feudum concesse-
fia de Salzâ rat, relicto solum ibi Praefecto, qui vici-
Vrbe. nos pagos, & illam ditionem admi-
nistraret. Moriebatur hoc anno Domi-
nus de Salzâ tribus filiis beatus. Hæreditatis
divisio fratrum concordiam rupit, nec
convenire poterant, solidum singuli pa-
trimonium cupientes. Auctâ discordia
fratrum alter Landgravium accedit, ac ei
litem vendit. Nec mora: Adest hæredi-
tatis emptor, ipsamque Salzam aperiri
sibi per nuncios flagitat. Cives cum Prä-
fecto Moguntino aditum negant: Esse Ur-
bem Moguntiæ feudum, nec absque ejus
consensu alienari posse. Nihil ergo per
vendi-

(a) Peccensteinius in Theatro Saxonico pars. 3. cap. de Nor-
bus. Becherer in Chronic. Thuringiae & Rivander.

(b) MS. Chron. Erfurt. & Rivander hoc anno. MS. Chronicæ Pa-
triaſia.

venditionem actum, quā ut cōmissâ feloniam
Urbs caduca Moguntiæ denuò accederet.
Contumeliæ imprudenter additæ : Serius
venisse Landgravium, adesset crastinâ ma-
turius, foreisque denuò pulsaret. Frede-
ricus copias militares admovet, cum au-
tem nihil illæ proficerent, atrox consilium
capit: domus urbis ligneæ, prætereà stra-
mine plurimum tegebantur ; igitur ignem
injicit, † ut cives à mœnibus ad ædium *Salza urbi*
suarum defensionem compelleret, sicque *exuritur*
facilior expugnatio redderetur. Suprà
votum consilium cessit, quippe Urbs vi-
ginti locis incensa, confestim tota flam-
mis corripitur : restinguere incendium re-
medio violentius cives ne tentarunt qui-
dem, se tantum flammæ suffurari conan-
tes : ipse calor mœnia occupavit, de
quibus multi extrà Urbem præcipites lapsu
extincti, pauci, qui feliciter ceciderant,
in ipsis hostibus misericordiam inven-
runt. Exusta tota civitas, & in eâ octin-
genti septuaginta octo homines. Introi-
vit ergo Fredericus per cineres ad Urbis
rudera. Sed arx huic calamitati exem-
ta mansit. Ast cum à Moguntina Sede,
quam Henricus (a) post Ludovici Cæsaris
mortem contrà Papæ sententiam violen-
ter tenuit, parum auxilii sperare posset,
brevi ad pacis conditiones adacta est. Lu-
sum de alieno corio : fratribus de Salza a-
dempta Urbs, & conventum, † ut post *Lü compo-*

G 4

hac nitur.

(a) Serarius in hoc Henrico.

VI.

hac Moguntinus & Landgravius ex æquis partibus possiderent. Annuit facile Henricus, qui facultates omnes pro sui conservatione contrà Gerlacum destinabat, neque ducebat expedire contrà Landgravium quid moliri, ne potentem Amicum æmulo procuraret. Sibi potius largitionibus de sociis prospexit, utque ipsam Erfordiam à fidelitate Gerlaci detineret, (a) in-

Elector signem + ei præfecturam Kappelndorf,
Kappelndorf imperii feudum, donavit. Terræ mo-
Erfurtenfi- tus universam Thuringiam + concussit. (b)
bus largitur Passim corruerunt ædificia, & rupti montes,
Terræmonus maximi subsultus Erfordiam quassarunt.
 Nullum in atrocim alo remedium, ab ædi-
 um ruinis in Urbibus periculum crevit; i-
 deò campi refugium petebantur. Credo

Pestis ingēs. + ruptam his motibus terram noxiis exha-
 lationibus aërem corrupisse, qui pestilen-
 ti lue post biennium tot hominum millia
 peremit, in sola Erfordia duodecies mille
 homines pestis consumpsit. Nec in Thu-
 ringia se continuit hoc malum, sed longi-
 us per Europam progressum est.

X.

**Iudeorum
persecutio.**

Ampla Urbs commerciis hactenus cre-
 verat, sed numerosior + Judæorum copia
 potissimum lucrum retulerat: ut enim frau-
 dulentum id hominum genus inter virtu-
 tes dolum numerat, quo Christianum de-
 cipit, sic intrâ limites recti se continen-
 tem mercaturam facile prævenit. Cum
 ergo

(a) MS. Chronica Erfurt.

(b) Chronica Thuringie & Erford. hoc anno.